UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Juliano martyre de Aluernia. Cap[itulum]. cxxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nymum libꝛū vnū. De natura boni libꝛos tres. De doctrina xpiana libꝛos quattuoꝛ. De vtilitate credendi libꝛū vnū. De vera religione libꝛuꝫ vnum. De decem choꝛdis libꝛū vnū. De anima ⁊ ſpiritu libꝛum vnū. Utrū anima a ſeipſa ſit libꝛum vnū. De anime quantitate libꝛū vnū. Cōtra donatū libꝛos duos. Cōtra arrianos libꝛos octo. Contra permenianū libꝛos tres. De verbis dn̄i libꝛos duos. De penitentia libꝛū vnum. De agone xpiano libꝛum vnum. De diuinatione demonū libꝛum vnū. De opere monachoꝛum libꝛū vnuꝫ. Enchiridion libꝛos vndecim. De gratia noui teſtamenti libꝛū vnum. De nuptijs et concupiſcentia libꝛos duos. Retractationum libꝛū vnū. De baptiſmo paruuloꝝ libꝛū vnū. De rudibus cathetizandis libꝛū vnū. De. viij. principalib⁹ vitijs libꝛos. viij. Super pſalteriū volumen ingens in quo ſinguli. cl. ps. exponunt. De ſancta viduitate libꝛū vnū. De ſancta virginitate lib. iij. De cura pro moꝛtuis libꝛū. i. De vita beata lib. iiij. Si quē ꝟo huius almi preſulis noſcendi operū ſuoꝝ titulos maioꝛ ſitis ex agitat gennadium querat: qui voluminū eius vltra. cccccc. nomina commemoꝛat.

¶ De ſancto Hermete martyꝛe. Cap. cxxix.

HErmes martyꝛ ſub aureliano impatoꝛe comite rome paſſus eſt. Hunc illuſtriſſimum ⁊ romane vꝛbis prefectum beatus alexander romanus pontifex ⁊ martyꝛ baptiꝫauit cū ſoꝛoꝛe theodoꝛa ⁊ filius: ⁊ cū. M. ccl. ſeruis ſuis: cum vxoꝛibus quoqꝫ coꝝ ac filijs: quos oēs die ſabbati paſcha manumiſſos ſacri fontis vnda perfudit: vt dictū eſt ſupꝛa in paſſione alexandri pape. v. noñ. maij. Cum aūt traianus imperatoꝛ hec audiens de ſeleutia hiſaurie aurelianū comitē ad vꝛbē miſiſſet: ad xpianorum perſecutionē agendā. Aurelianus hermetem pꝛefectum apud quirinū tribunū carcerauit. Alexandrum ꝟo in alia cuſtodia in vinculis per ſe poſuit. Qui tamen vt ſupꝛa dictū eſt in paſſione quirini. iij. kalē. apꝛilis: per puerū qui faculā ferebat de carcere noctu per feneſtram eductus ad domū quirini tribuni: vbi hermes in cuſtodia tenebatur veniens ipm quirinū cōuertit: filiamqꝫ eius ſibi ad carcerem ſuum delatam a ſtrumate liberauit: ⁊ quirinū cum filia et omnibus in ipſa detentis cuſtodia baptiꝫauit. Cum autem hec aurelianus percepiſſet. Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetem ꝟo decollari iuſſit. Qui decollat⁹ a beata theodoꝛa ſoꝛoꝛe collectus: et in via ſalaria vetere non longe ab vꝛbe ſepultus eſt quinto kalendas ſeptembꝛis.

¶ De ſancto Alexandro epo. Cap. cxxx.

ALexāder epiſcopus conſtātinopolitan⁹ claruit tpib⁹ cōſtātini magni ⁊ conſtātij eius filij: de quo refert ſoꝫomenus in ſecūdo hyſtoꝛie tripartite: q̄ dum conſtantinus imperatoꝛ veniſſet biꝫantium: que poſtmodū appellata ex nomine ſuo cōſtātinopolis dicta eſt: a philoſophis redarguebat q̄ chꝛiſtuꝫ coleret: et q̄ nouam legem in republica introduxiſſet. Cūqꝫ imperatoꝛ diſputationē oꝛdinaſſet: ⁊ alexandrū epiſcopū ad hoc cōuocaſſet: ille minus philoſophie peritus cum philoſophis cōgredi dubitauit: tamē in deo confiſus ante oīa philoſopho loqui volenti: in chꝛiſti nomine ſilentium imperauit. Illoqꝫ nullatenus loqui valente: alexander victoꝛ efficitur: ⁊ philoſophi cū plurimis cōuertuntur. ¶ Sed ⁊ tēpoꝛe conſtantij dum diutius cū arrio heretico diſputaſſet: ⁊ cōtētio maxima inter catholicos ⁊ arrianos eēt: oꝛante alexandro: arrius ſubito ventris doloꝛe percuſſus iuxta foꝛum cōſtantini ad ſecreta nature ſeceſſit: ibiqꝫ dei iudicio omnia interioꝛa ⁊ vitam emiſit: propter quod fides catholica ab omnibus eſt exaltata. Beatus ꝟo alexāder glorioſus ſenex poſt laudabilem vitam annoꝛum xciiij. epiſcopatus autem ſui anno. xxxiij. quieuit in pace. v. kalen. ſeptembꝛis.

¶ De ſancto Juliano martyꝛe de Aluernia. Cap. cxxxi.

IUlianus martyꝛ apud aluerniā paſſus ē ſub criſpino cōſulari. Hic ex aluernia natus ex nobilibus parētibus ⁊ xpianis: xpianus ⁊ ipſe ferreoli tribuni ⁊ martyris comes erat: ⁊ vterqꝫ deo i militari habitu ſeruiebat: qui ambo apud viennam degebant. Cum aūt furoꝛ gentiliū in chꝛiſtianos vienne ſeuiret: iulianus martyꝛiū affectabat. Sed ferreoli coactus precibus ex viennenſi vꝛbe clandeſtine diſceſſit: et aluerniā fugit: ibiqꝫ aliquādiu latitauit. Queꝫ criſpinus conſularis ibi eſſe audiēs: miſſo carnifice precepit inuentum occidi. ille ꝟo ſponte proſiliens: ⁊ ſe chꝛiſtianū profitēs decollatur. Cuius caput leuātes milites ad ſanctū ferreolum poꝛtauerūt: vt niſi ſacrificaret ſimilē ſentēliam exciperet: quod ⁊ factū eſt: vt dicet infra i paſſiōe ferreoli martyꝛis. xiiij. kal. octobꝛis. Sicqꝫ factum eſt vt caput ſancti iuliani cū coꝛ-

pore ferreoli in eodem ſepulchro vienne locaretur: corpus vͦ iuliani ſine capite aluernie reconderetur. Qui paſſus eſt. v. kal'. ſeptembris.

¶ De decollatiōe ſcti Johā. bapti. Cap. cxxxij.

DEcollatio ſancti iohānis baptiſte quattuor ex cauſis iſtitura fuiſſe videt᷑: vt dr̄ in libro mitrali. Primo ꝓpter ipſius decollationē. Secūdo ꝓpter oſſiū ipſius cōcremationē ⁊ collectionē. Tertio ꝓpter capitis ipſius inuētiōe3. Quarto propter digiti eius tranſlationē: ⁊ eccleſie dedicationē. ¶ Primo celebrat᷑ hoc feſtū ꝓpter ipſius decollationē: que hoc modo facta eſt: vt ī hyſtoria ſcholaſtica legitur. Herodes eñ antipas filius magni herodis aſcalonite: romam proficiſcens: ⁊ per fratrē ſuū philippū tranſitum faciens: cum herodiade vxore philippi cōcubuit: ⁊ ſecreto pepigit: ꝙ in reditu ſuo vxorē repudiaret: ⁊ ipſam aſſumeret. Qḋ vxor ſua filia regis arethe damaſcenoꝝ cōperiēs nō expectato viri reditu: ad patrē feſtinauit. Rediens aūt herodes herodiadē philippo abſtulit: ⁊ ſibi in cōiugem accepit. Cumq3 de hoc a iohanne baptiſta argueretur: ipm̄ in carcere vīculauit: vxori quoq3 placere cupiens eum occidere voluit: ſed populum timuit: vt tamen occaſionē inueniret: ſecreto cum vxore condidit: vt herodes die natalis ſui celebrato conuiuio: puelle ſaltanti filie ipſius herodiadis quicquid peteret ſe ei daturum iuramento firmaret: ⁊ ipſa caput iohānis peteret: quod ei propter iuramentum tribuere oporteret: ſed de iuramento facto: cōtriſtari ſe ſimularet. Ordinato igit᷑ cūctis principibꝰ ſuis conuiuia puella coram omnibus ſaltat: cunctis placet: ſe ei quicquid peteret daturum rex iurat: a matre monita caput iohannis expoſtulat. Verſipellis herodes ſe propter iuſiurandū triſtem ſimulat: ſpiculatorem mittit: ⁊ iohannē in carcere decollari fecit: caput in diſco puelle datur: ⁊ a puella matri adultere p̄ſentatur. In hac autem die iohannes decollatus nō eſt: ſed circa dies azimorum eodem die paſſionis xp̄i: anno videlicet precedente: ſed oportuit: vt propter dominica ſacramenta minor cederet maiori. ¶ Herodes autem impunitus non abijt: ſed ꝑ hoc ſcelere in exiliū a ceſare lugdunū miſſus miſerabiliter vitam finiuit. Habebat eñ ipſum caius ceſar ſuſpectum: ꝙ romano vellet imperio rebellare. In cuius argumentum comperit: ꝙ in ciuitatibus ſuis haberet arma pro ſeptuaginta milia armentorum. ¶ De herodiade autem dicitur: ꝙ dum caput iohānis in manibꝰ teneret: ⁊ eidem gaudens plurimum inſultaret: diuino iudicio caput in eam inſufflauit: et illa protinus expirauit. Filia vͦ eius cum ſup glaciem ludens deambularet: ſub ea glacies reſoluitur: ⁊ ipſa in aquis cōtinuo ſ̄focat᷑. ¶ Secundo celebrat᷑ hoc feſtū ꝓpter ipſius oſſium cōcremationem ⁊ collectionē: que ipſa die ſc3. iiij. kalen. ſeptembris ſm̄ quoſdam fuerunt concremata ⁊ a fidelibꝰ ex parte collecta: vnde quaſi ſcd̄m martyriū patitur: cum in ſuis oſſibus concrematur. Et ideo eccleſia hoc feſtū quaſi ſcd̄m eius martyrium celebrat. Nam ſicut legitur ex xij. libro hyſtorie eccleſiaſtice: cum diſcipuli iohānis corpus eius apud ſebaſten vrbem paleſtine: inter heliſeum et abdiam prophetas ſepeliſſent: ⁊ ad eius tumulum miracula crebra fierent: iubente iuliano apoſtata gentiles oſſa eiꝰ ſparſerunt: ⁊ miraculis adhuc non ceſſantibus collecta igne cremauerūt: ⁊ puluerē per agros ventilarunt. Dum autem die cremandum colligerentur: quidam monachi ex hieroſolymis venientes: colligentibus ſe latenter miſcuerunt: et magnam eorum partem tollentes ad philippum epiſcopum hieroſolymitanū detulerunt: qui ea poſtmodum atanaſio alexandrino epiſcopo miſit. Poſtmodum vͦ theophilus eiuſdem vrbis epiſcopus: ea in templo ſerapis a ſordibꝰ purgato repoſuit: ⁊ eccleſiam in honorē iohannis baptiſte dedicauit. Nunc autem eadem oſſa apud ianuam eſſe dicūtur: ⁊ ibidem deuote coluntur: ſicut alexander tertius ⁊ innocentiꝰ quartꝰ pape ſuis priuilegijs approbarunt. Tertio celebratur propter capitis ipſius inuentionem: que hoc die ſc3. iiij. kalen. ſeptembris facta eſt. Sicut enim dicitur in. xi. libro hyſtorie eccleſiaſtice: Iohānes in caſtello arabie dicto macheronta fuit vinctus et capite truncatus. Herodes autem caput iohannis in hieruſalem fecit deferri: ⁊ iuxta habitaculum ſuū caute ſepeliri: timens ne propheta reſurgeret: ſi corpꝰ cum capite ſepultū eſſet. ¶ Tempore vͦ martiani principis: qui cepit anno dn̄i. cccclij. Iohannes caput ſuum duobus monachis reuelauit: qui illud iuxta dictum palatium inuenerūt ſaccis cilicinis inuolutū. Qui dum ad propria cū dicto capite remearent: quidā edeſſene ciuitatis figulus paupertatem fugiens ſe comitem eiſdem exhibuit. Et dum peram ſibi creditā cū ſacro capite portaret: admonitus in ſomnis a ſancto iohāne: eos fugiens edeſſenā vrbem cū ſancto capite ingreſſus eſt: vbi q̄diu vixit ſanctum caput in quodam ſpecu venerans proſperitatem maximā aſſecutꝰ eſt. Moriens autē illud ſorori ſue ſub fide reuelauit: et eodē modo inuicē ſucceſſores. ¶ Poſt multū vͦ tp̄is marcello monacho in eodem ſpecu degēti hoc modo reuelatur. Nā prima nocte dormiēti ſibi viſe ſunt: ꝙ turbe pſallētes incederēt: poſt quos iohānes baptiſta duobꝰ angelis comitatꝰ veniret qui omnibꝰ aſtātibꝰ benedixit: ⁊ marcellū per mentū apprehēdēs: oſculū pacis ei dedit. Qui